

procurare intelligimus. Quo in genere cum Fratres Minores Ordinis Sancti Francisci de Observantia habeamus, eosque in primis, quos Dilecti Filii eorundem Fratrum Superiores ob hanc causam hoc ipso, & consequentibus annis in diversas Provincias Christianae Republicae mittere constituerunt: Nos sane eorundem Fratrum pietatem, ac operam, eorumque ad quos illi mittendi erunt, religionem, & devotionem spiritualibus gratis confovere, atque augere cupentes, supplicationibus dilecti filii Matthaei à Sancto Stephano dicti Ordinis Ministri Generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piisque illius deliberationem, quantum cum Domino possumus, promovere volentes: de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis Fratribus dicti Ordinis, tam Reformatis, quam non Reformatis, Ministro Generali ejusdem Ordinis subiectis, ad Missiones in quibusvis locis de Ordinarij licentia respective exerceandas in futurum mittendis (ubi tamen non erant Missionarii Congregationis de Propaganda Fide) & aliis utriusque sexus Christianis Fidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, nostram, & Apostolicam benedictionem per praesentes impartimur: Nec non ipsidem vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communionis resectis, qui pro Sanctae Romanae Ecclesiae exaltatione,

Principium Christianorum unione, infidelium conversione, haereticum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pius ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino auctoritate Apostolica tenore praesentium pro una vice dumtaxat pro unaquaque Missionis de Ordinarij locorum licentia respective faciendi, concedimus, & largimur. Hortantes Venerabiles Fratres, Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Praelatos, & Rectores, ac verbi Dei Praedicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, praesentes litteras, & omnia in eis contenta publicent, & publicari faciant, ac omnem eisdem Fratribus, tam Reformatis, quam non Reformatis, favorem, & auxilium in praemis praestent. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impensis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constituta obligatae, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsi praesentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xx. Augusti, MDCCXCIX. Pontificatus Nostri Anno Nono.

J. F. Cardinalis Albanus.

LAUS DEO.

A P P E N D I X

Quae Mellianarum Thesium à SS. D. N. CLEMENTE XI. profligatarum, quibus sua seorsim subicitur laconica explanatio, & oppugnatio, perstringendo paucis, quae fusius, ac enucleatius in sua Trutina Antiquae Melliana, P. DOMINICUS VIVA Societatis JESU differuit in obsequium dogmatum Catholicorum.

1 **Q**uid aliud remanet anima, quae Deum, atque ipsius gratiam amisit, nisi peccatum, & peccati conscientias, superba paupertas, & segnis indigentia, hoc est generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum?

Si peccator post amissam Dei gratiam peccatum desinere liberum arbitrium, ac potestas ad honeste operandum, necnon gratia ad orandum, & ad respiciendum, delusoriae Deo ad poenitentiam invitaretur; sicut delusorie invitatur caecus ad videndum; Quo quid absurdum?

2 **I**esu Christi gratia, principium efficaci cuiusvis generis, necessaria est ad omne opus bonum; atque illa, non solum nihil fit, sed nec fieri potest.

Citra Christi gratiam, quae principium efficaci est omni boni, (hoc est citra gratiam efficacem) adhuc homo adjutus gratia sufficienti exercere potest actus virtutum supernaturalium, tum Moralium, tum etiam Theologalium. Non est itaque gratia efficax ad omne opus bonum necessaria.

3 **I**n vanum, Domine praecipis, si tu ipse non das quod praecipis.

Si Deus in vanum praeciperet, quando denegat gratiam efficacem, qua dat, quod praecipit, non ne statum esset praecipitum poenitentiae, quod à Deo peccatori non respicienti imponitur? Nonne inutiles esset gratia sufficiens, qua in Deo eidem confert, ut respiciat? Cum tamen ea fit beneficium ingens.

4 **I**ta, Domine, omnia possibilia sunt ei, cui omnia possibilia factis, eadem operando in illo.

Perinde quasi non esset possibilibus conversio peccatoris, quando Deus gratiam illi confert sufficientem, ut respiciat, absque eo quod respicientiam in illo operetur per gratiam efficacem.

5 **Q**uando Deus non emittit eum per anteriorem electionem gratiae suae, exhortationes, & gratiae exteriores non inferuntur, nisi ad illud magis obdurandum.

Adhortationes, & gratiae exteriores non deferunt ad obdurandum eorum peccatoris, quin

potius ad emolliendum: quamvis aliquando ex defectu propriae cooperationis de facto non emolliatur, & gratia tunc temporis collata sit inefficax.

6 **D**iscrimen inter fadus Judaicum, & Christianum est, quod in illo Deus exiguum signum peccati, & implementum legis à peccatore, relinquendo illum in sua impotentia; in isto vero Deus peccatori dat, quod jubet, illum sua gratia purificando.

Erroneum est huiusmodi discrimen: cum etiam in Judaico federe contulerit Deus gratiam sufficientem ad non peccandum, nec reliquerit Deus Judaeos in impotentia ad bene operandum. Commentitium pariter est, quod semper Deus in Christiano federe sua gratia det quod jubet; saepe enim quod jubet non patitur, non quidem ex defectu gratiae, sed ex nostra culpa. Denique falsum est, peccatorem gratia divina semper purificari: cum saepe adjuvetur, quin purificatio sequatur vitio voluntatis.

7 **Q**uae utilitas pro homine in veteri federe, in quo Deus illam reliquit eum propriae infirmitati imponendo ipsi suam legem? Quae vero felicitas non est admitti ad fadus, in quo Deus nobis donat, quod petit à nobis?

Erroneum est, quod Deus reliquerit in veteri federe Judaeos in sua infirmitate destitutos gratia sufficienti ad saltatiter operandum: Quomodo peccassent legem transgrediendo si illam implere non potuissent? Erroneum pariter est, tam quod in Christiano federe Deus ita donet quod petit à nobis, ut non requiratur ad illud ponendum libera nostra cooperatio; quam quod semper nobis detur gratia efficax, ut ponatur, quod Deus petit à nobis, quinimodo saepe ex nostra culpa; non ex defectu gratiae sufficientis, illud non ponitur, nec Deus nobis dat quod petit à nobis.

8 **N**os non pertinemus ad novum fadus, nisi in quantum participes sumus ipsius novae gratiae, quae operatur in nobis id, quod Deus nobis praecipit.

Novum fadus non reddit nos participes gratiae per Christum collatae per hoc, quod Deus

Deus semper sua gratia operetur in nobis id quod precipit; quasi vero nulla alia gratia Christi fidelibus detur præter efficacem; cum sæpe detur gratia sufficiens ad ponendum, quod precipitur, quin tamen illud nobis reluctantibus ponatur.

9 Gratia Christi est gratia suprema, sine qua confiteri Christum nunquam possumus, & cum qua nunquam illum abnegamus.

Gratia Christi est quidem suprema, quatenus sine illa salutariter Christum confiteri non possumus: sed falsum est, quod cum ea gratia ad Christum confitendum sufficienti, nunquam illum abnegemus.

10 Gratia est operatio manus Omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare. Evectret libertatem, atque adeo meriti non redderet inæpales gratia, si illi non possemus obstaré, ejusque effectum impedire, ac retardare.

11 Gratia non est aliud, quam voluntas Omnipotentis Dei jubentis, & facientis, quod jubet. Neque est verum, quod gratia sit Dei voluntas nobis extrinseca; neque est verum, quod vi gratia semper fiat quod Deus jubet, quin unquam gratia culpabiliter resistamus.

12 Quando Deus vult salvare animam; quocumque tempore quocumque loco, effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei.

Cum Deus velit omnes homines salvos fieri; nec tamen omnes salventur, confitetur enim est, quod sæpe Deus velit plurimos homines salvos fieri, quin sequatur effectus salutis æternæ indubitabilis.

13 Quando Deus vult animam salvam facere, & eam tam ingiti interiori gratia sua manu, nulla voluntas humana ei resistit.

Si res ita le haberet, nunquam gratia voluntas humana culpabiliter refragaretur, in vacuum illam recipiendo.

14 Quantomagis remotus ad salutem sit peccator obliquatus, quando Jesus se ei videntem exhibet lumine salvatori sue gratia oportet, ut se dedat, accervat, sese humiliter, & adoret Salvatorem suum.

Nonne lumine fide gratia salutari sese videntem exhibuit Deus Iudæ, aliusque obduratis peccatoribus, quin tamen illi se dederit, accerent, sese humiliant, adorantque Salvatorem suum?

15 Quando Deus mandatum suum, & suam æternam locutionem comitatur unctioe sui Spiritus, & interiori vi gratia sue, operatur illa in corde obedientiam, quam petit.

Janfenus est error, quod nunquam interiori gratia in natura lapsa resistamus, atque adeo quod Deus semper operetur in corde hu-

mano obedientiam, quam petit, quoties mandatum suum, & suam æternam locutionem comitatur unctioe sui Spiritus, & interiori vi gratia sue.

16 Nulla sunt illecebra, que non cedant illecebris gratia, quia nihil resistit Omnipotenti.

Etiã Deus omnipotens utramque habet potestatem inclinandi hominem quo libet cordium, ut loquitur Augustinus, nihilominus seipsum homines illecebris gratia, ipsique Omnipotentis resistunt, transgrediendo ejus mandata seducti ab illecebris hujus sæculi, esto sæpe etiam ad vicioribus gratia illecebris ad obediendum alliciantur.

17 Gratia est vox illa Patris, que homines interioris docet, ac cor venire facit ad Jesum Christum, quocumque ad eum non venit, postquam audivit vocem exterioris Filii, nullatenus est doctus à Patre.

Erronee dicitur, quod qui non dicit, nec venit ad Christum, nullatenus edocetur à Patre, & gratia splendore illuatur. Gratia quippe, que interioris homines docet, non cogit illos, ut ad Christum veniant; sed solum allicit ac trahit quantum est in se, etiam reluctantes.

18 Semen Verbi, quod manus Dei irrogat, semper effert fructum suum.

Si semper fructum suum afferret semen Verbi à gratia divina irrigatum, quomodo posset Deus verbis illis Ihsæ 5. conqueri: Quid est, quod debui ultra saccare vinea mee, & non feci ei? An quod expectavi, ut faceret uvas, & fecit labruscas?

19 Dei gratia nihil aliud est, quam ejus omnipotens voluntas: hæc est idea, quam Deus ipse nobis tradit in omnibus suis Scripturis.

Dei gratia actualis [de qua hic est sermo] neque est nobis extrinseca, ut est Dei voluntas neque est omnipotens, seu irresistibilis.

20 Vera gratia idea est, quod Deus vult sibi à nobis obediri, & obediit; imperat & omnia sunt, loquitur tanquam Dominus, & omnia sibi submissa sunt.

Si semper ac Deus vult sibi obediri, obediunt, nunquam homines gratia divina instruiti ejus mandata transgredierentur. Quod si desisset peccatoribus gratia ad obediendum necessaria, ac sufficiens, satie exhiberentur, quod non obtemperarent.

21 Gratia Jesu Christi est gratia fortis, potens, suprema, invincibilis, utpote que est operatio voluntatis Omnipotentis, sequela, & imitatio operationis Dei incarnantis, & resuscitantis Filium suum.

Gratia Dei non est talis, ut nunquam illi culpabiliter resistatur: propterea non est imitatio operationis divinæ incarnantis, ac resuscitantis.

latisentis Filium suum; hæc enim operatio uni Deo adscribitur; operatio vero Gratia est cum concors libero voluntatis creatæ.

22 Concordia omnipotentis operationis Dei in corde hominis, cum libero ipsius voluntatis confertis, demonstratur illico adiri in Incarnatione, veluti in fonte, atque archetypo omnium aliarum operationum misericordie; & gratia, que omnes ita gratuite, atque ita dependentes à Deo sunt, sicut ipsa originalis operatio.

Toto Cælo discordat operatio Dei incarnantis Filium suum ab operatione Gratia: Illa quippe fuit necessaria Humanitati assumptæ; hæc vero est libera voluntati, quatenus libere cum gratia consensus salutatis ponitur à voluntate.

23 Deus ipse nobis idem tradidit omnipotentis operationis sue gratia, eam significans per illam, que Creaturas e nihilo producit, & mortuis reddit vitam.

Deus creaturas e nihilo extrahit, & mortuos ad vitam revocat exercendo suam duntaxat libertatem; sed peccatores non resurgunt ad vitam gratia habitualis, nisi gratia actuali misericorditer à Deo collata ipsi etiam libere cooperentur.

24 Justa idea, quam Centurio habet de Omnipotentia Dei, & Jesu Christi, in sanandis corporibus solo motu sua voluntatis, est imago ideo, que haberi debet de Omnipotentia sue gratia in sanandis animabus à cupiditate.

Christus Dominus in sanandis corporibus utitur solo motu sue voluntatis; sed in sanandis animabus à sua cupiditate requirit nostrum liberum consensum; ut proinde corpus ad suam sanitatem mere passive le habeat, anima vero etiam active relate ad suam.

25 Deus illuminat animam, & eam sanat atque ac corpus sua voluntate; jubet, & ipsi obtemperant.

Deus sanat corpus sola sua voluntate: contra vero animam illuminat via gratia actuali homini intrinseca, ita ut eum ea debeat voluntas libere cooperari, ut sanetur; propterea sæpe Deus jubet, quin à nobis obtemperet.

26 Nulla datur gratia, nisi per Fidem. Quis negat etiam Infidelibus à Deo gratiam dari, qua ad Fidem amplectendam alliciantur, atque ad illam sive proximè, sive remote disponantur? Alter quomodo peccaret respiciendo Fidem, si careret gratia necessaria, qua possent ad Fidem venire?

27 Fides est prima gratia, & fons omnium aliarum.

Sicutiam Infidelibus Deus misericorditer gratiam elargitur, qua possent ad Fidem venire, confitetur enim, quod Fides non sit prima gra-

tia. Esto Fides in quantum est libere imperata ab actu libero supernaturali pia affectionis ad illam, sit (ut habet Tridentinum, sess. 6. cap. 8.) *Fides sine salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis.*

28 Prima gratia, quam Deus concedit Peccatori, est peccatorum remissio.

Gratia actualis, que peccator ad penitentiam invitatur, antecedit peccatorum remissionem, que habetur per gratiam habitalem; atque adeo non est prima peccatoris gratia peccatorum remissio.

29 Extra Ecclesiam nulla conceditur gratia.

Extra Ecclesiam sunt Infideles, Schismatici, Hæretici, Excommunicati; & tamen Deus gratiam illis confert, ut possint ad Ecclesiam premium confugere: Aliter manendo in sua infidelitate non peccarent, desset quippe sine gratia ad ejurandum infidelitatem peccalaria.

30 Omnes, quos Deus vult salvare per Christum, salvantur infallibiliter.

Si res ita le haberet, nemo damnaretur, cum de fide sit, Deum quantum est ex se velle omnes homines salvos fieri.

31 Desideria Christi semper habent suam gratiam, pacem intimo cordium inferunt, quando est illam gratia.

Desideria Christi Domini sæpe sunt efficacia, solum quantum est ex parte sua; sed inefficacia sunt vitio voluntatis, que gratia resistit; & ideo non semper habent effectum suum, nec semper intimo cordium inferunt pax, quam Christus nobis exoptat.

32 Jesus Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper sua sanguine Perimogenitos, id est Electos, de manu Angeli exterminatoris.

Christi Domini sanguis pretiosissimus effusus est, non ad liberandos duntaxat Electos, sed ad omnes omnino liberandos è Dæmonis captivitate: Dicitur enim Ihs: 2. Iste est propriatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius Mundi.

33 Probat quantum oportet bonis terrenis, & sibi metipsis venenatisse, ad hoc ut qui sanctiam habet sibi, ut ita dicam, appropriandi Christum Jesum, ejus amorem, mortem, & mysteria, ut facit Sanctus Paulus dicens: Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

Errat Questio nellarum, tam si velit, ad fiduciam habendam appropriandi sibi Christi amorem, & mortem requirit, quod bonis terrenis omnino nuncium remittamus, non solum affectu, sed etiam effectu; quam si velit, oportere, ut homo sibi metipsum renunciet, ut ex prece, ut Deo famuletur intuitu mercedis æternæ: Sicut etiam si putet, ad hæc fiduciam habendam oportere esse, ut sumus à Deo dilecti, & electi, fuerit.

fuit Apollolus; cum etiam reprobis possint, ac teneantur in Christi meritis habere fiduciam sue salutis aeternae.

34 Gratia Adami non producebat nisi merita humana.

Gratia Adamo collata in statu naturae innocentis non est essentialiter difformis gratiae, quae per Christum nobis confertur in statu naturae lapsae. Neutra itaque producit merita humana, hoc est humane naturae debita; sed utraque producit merita indebita naturae humanae ac supernaturalis: Aliter gratia, ut loquitur Apollolus, non esset gratia.

35 Gratia Adami est sequela creationis, & erat debita naturae sanctae, & integre.

Si gratia Adamo collata in statu naturae sanctae, & integre, esset sequela creationis, & tali naturae debita, sequeretur, quod gloria, & Dei visio non esset bonum humanae atque Angelicae naturae omnino indebitum, & supernaturale.

36 Differentia essentialis inter gratiam Adami, & statu innocentiae, ac gratiam Christianam est, quod primam uniusquisque in propria persona receperit; ista vero non recipitur, nisi in persona Jesu Christi resuscitati, cui non uniti somur.

Gratia Adamica, quae dicitur sanitatis, collata Adamo in statu naturae innocentis, & Gratia medicinalis, quae homini confertur in statu naturae lapsae, non differunt essentialiter, ita ut illa cum libero arbitrio cohaereret, ista non item; sed sit irresistibilis. Sicut neque est verum, quod Gratia siue actualis, siue habitualis in persona Christi recipiatur; cum nobis ex Tridentino inhaerent.

37 Gratia Adami, sanctificando illum in seipso, erat illi proportionata. Gratia Christiana nos sanctificando in Jesu Christo, est omnipotens, & digna Filio Dei.

Gratia Adamica in statu naturae innocentis non fuit illi proportionata, hoc est debita, neque Gratia Christiana est omnipotens, ita ut nunquam illi in statu naturae lapsae resistamus.

38 Peccator non est liber, nisi ad malum, siue gratia Liberatoris.

Peccatum non admittit liberum arbitrium, ita ut sine Gratia Liberatoris nequeat homo, dum peccat, a culpa abstinere, aut bonum prosequi. Quomodo enim peccare potest, qui destitutus est liberate ad non peccandum?

39 Voluntas, quam gratia non praevenerit, nihil habet luminis, nisi ad aberrandum; ardoris, nisi ad se precipitandum; virium, nisi ad se vulnerandum; est capax omnis mali, & incapax ad omne bonum.

Sine gratia superna voluntas libera est ad aberrandum, ad non se precipitandum, & vul-

nerandum; & capax est ad prosequendum bonum ordinis naturalis.

40 Sine gratia nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem.

Etiam sine gratia supernaturali possumus bonum prosequi, imo Deum ipsum amare more naturali, qui certe non est ad nostram condemnationem, quamvis non sit salutaris, ac super-nus.

41 Omnis cognitio Dei, etiam naturalis, etiam in Philosophis Ethnicis, non potest venire nisi a Deo, & sine gratia non produci, nisi praesumptionem, vanitatem, & oppositionem ad ipsum Deum, loco affectuum adorationis, gratitudinis, & amoris.

Cognitio Dei naturalis tantum abest, ut sine gratia supernaturali producat vanitatem, praesumptionem, & oppositionem ad Deum, ut potius natura sua excipit ad actus naturales adorationis, gratitudinis, & amoris erga illum.

42 Sola gratia Christi reddit hominem aptum ad sacrificium fidei, sine hoc nihil, nisi impotentia, nihil, nisi indignitas.

Erorem est, quod sine fidei supernae sacrificio nihil in nobis sit, nisi impotentia, & indignitas; cum possit voluntas munita duntaxat cognitione naturali de divina bonitate, non solum a culpis abstinere, sed etiam ad Dei dilectionem, naturalem, & ad virtutis perfectionem incendere.

43 Primus effectus gratiae baptismalis est, facere, ut mortuus peccator; adeo ut spiritus, cor, sensus non habeant plus vitae pro peccato, quam homo mortuus habeat pro vobis mundi.

Joviniani haereticus fuit, quod gratia baptismalis reddat hominem impeccabilem, ea quippe peccatum penitus destruit, non tamen potentiam ad peccandum, neque concupiscentiam, quae, ut habet Tridentinum, est peccato est, & ad peccatum inclinatur.

44 Non sunt nisi duo amores, unde voluntas, & actio omnes nostrae nascuntur: Amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur; & Amor, quo nos ipsos ac Mundum diligimus, qui quod ad Deum referendum est, non refert, & propter hoc ipsum fit malus.

E choro virtutum, virtutes Morales excludit Quaesnellus, inhaerens vestigiis damnatis Bani, & Janfenii. Nonne amor suus, amor proximi, & amor creaturarum poterunt vacare culpa; imo esse laudabiles, quamvis non sint amor Dei, nec ad Deum actus, & formaliter referantur? Quis non videt actus Religionis, patientiae, pietatis, nec non spes supernaturalis esse laudabiles, quamvis ad actus Charitatis sublimitatem non pertingant?

45 Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, necesse est, ut in eo carnalis regnet cupiditas, unneque actiones ejus corumpat.

Quali vero in corde peccatoris, ubi non amplius regnat charitas, debeat ibi cupiditas regnare, ut omnes ejus actus sint peccaminosi, nec possit peccator quicquam boni facere, ac se ad redigendum disponere per actus fidei, ac spes supernaturalis.

46 Cupiditas, aut Charitas, usum sensuum bonum, vel malum faciunt.

Circumscriptis charitate, adhuc usus sensuum potest esse bonus per actus ab aliis virtutibus imperatos, puta misericordiae, justitiae, mortificationis, poenitentiae, & similes; aliter peccator jejunando, erogando stipem, restituendo alienum, peccaret; Quo quid absurdum!

47 Obedientia legis profuere debet ex fonte, & hic fons est Charitas. Quando Dei amor est illius principium interius, & Dei gloria ejus finis, tunc purum est, quod apparet exterior; alioquin non est, nisi hypocritis, aut falsa justitia.

Proscripta olim fuerat thesi illi Baillii dicens: Non est vera legis obedientia, quae fit sine charitate. Ea iterum, hac thesi veit ex Erbero emergit.

48 Quid aliud esse possumus, nisi nebrosam, nisi aberratam, & nisi peccatum, sine fidei lumine sine Christo, & sine Charitate?

Bajus pariter in trigesima quarta ex suis proscriptis thesibus idem effutiebatur, dicendo: Omne quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est. Sicut etiam in 39. eructabat: In omnibus juris actibus peccator servit dominantis cupiditati.

49 Ut nullum peccatum est sine amore nostri, ita nullum est opus bonum sine amore Dei.

Ex Trid. sess. 6. can. 31. constat, non solum non peccare, sed etiam bene operari, qui propter mercedem aeternam operatur. Sic etiam bene operatur, qui carens amore Dei diligit proximum, audit Sacrum, jejunat. Potest itaque dari opus bonum sine amore Dei.

50 Frustra clamamus ad Deum, Pater mihi si spiritus Charitatis non est ille, qui clamat. Dei pietissimi invocatio, fiducia in ejus amore paterno, orationes, suspiria, quamvis ex fonte charitatis non promanent, adhuc conferunt ad charitatem, & justificationem impetrandam, ac de congruo promerendam, si procedant ad auxilium superno: non sunt itaque frustra.

51 Fides justificat, quando operatur; sed ipsa non operatur, nisi per charitatem.

Neque verum est, quod fides ullatenus justificet, nisi tantum dispositive: neque verum est, quod fides solum per charitatem operetur;

peccator liquidem charitate destitutus, adhuc potest actus fidei exercere.

52 Omnia alia salutaris media continentur in fide, tanquam in suo germine, & semine; sed haec fides non est absque amore, & fidei caritate.

Erorem est, quod omnia ista media in fide continentantur. Si quidem ad fidem praevia debet pia affectio ad illam; & alia salutaris media ad fidem consequuntur, non vero illa continentantur. Erorem pariter est, quod fides nunquam se jungatur a charitate, necnon a fiducia, in se: Quamvis enim spes non se jungatur a fide, in qua fundatur; saltem tamen est, quod fides nunquam se jungatur a spe.

53 Sola Charitas Christiano modo facit actiones Christianas per relationem ad Deum, & Jesum Christum.

Scripturis, Conciliis, Patribus, & rationi refragatur, quod praeter Charitatem nulla alia delectat virtus, quae fiant operationes Iudaeae, Deo ac Christo gratiae. Nonne virtutes aliae Theologicae Fidei, & Spei, ac Virtutes Morales, circumscripta relatione ad Deum, & Jesum Christum, actiones Christianas operantur?

54 Sola Charitas est, quae Deo loquitur, cum solum Deus audit.

Etiam actibus fidei, spei, timoris, poenitentiae, orationis &c. Deum alloquitur; ac Deus humilissimo nostris affectus, & preces misericorditer audit.

55 Deus non coronat, nisi Charitatem; qui currit ex alio impulsu, & ex alio motivo, in vanum currit.

Aliarum etiam virtutum actus Deus coronat; ac proinde non currit in vanum, qui ex aliarum virtutum impulsu, & ac motivo currit.

56 Deus non remunerat nisi Charitatem, quamvis Charitas sola Deum honorat.

Deus etiam actus fidei, spei, misericordiae, justitiae, poenitentiae, & similes remuneratur; & ab istis etiam honoratur.

57 Totum desit peccatoris, quando ei desit spes, & non est spes in Deo, ubi non est amor Dei.

Erorem est, quod spes deficient, deficient etiam fides; sicut etiam quod non possit peccator charitate deficiente alios virtutum actus elicere tam supernaturales, cum auxilio gratiae, quam naturales nulla superna gratia adjuvatus. Erorem pariter est, quod sine Dei amore, & sine charitate, spes supernaturalis reperiri non possit.

58 Nec Deus est, nec Religio, ubi non est Charitas.

Quasi vero non possit peccator Charitate denudatus Deo adherere per actus fidei, ac spei, illumque per actus Religionis colere; & sic

ad recuperandam gratiam se disponere, prout ad id obligatur Ex Trid. sess. 6. c. 6.

59 *Oratio impiorum est novum peccatum, & quod Deus illis concedit, est novum in eos iudicium.*

Horret animus audire, quod peccatoris Dei clementiam impiorum oratio sit nova culpa; unde nequit cum Publicano Luca 18. dicere: *Deus propitius esto mihi peccatori*: Sicut etiam quod beneficia sive spiritualia, sive temporalia eidem erogata in novum iudicium vertantur, ita ut peccator, etiamsi bene usum beneficij utatur, adhuc ob illa sit damnandus, & puniendus.

60 *Si solus supplicij timor animas penitentiam, quo hoc est magis violenta, eo magis ducit ad desperationem.*

Solus supplicij timor animas Penitentiam [hoc est Attritionem] non est actus violentus, seu coactus, ut definit Trid. sess. 14. can. 5. ello fit mollescit, & arduus. Nec inducit ad desperationem, cum praesto nobis sit Deus suae gratiae adiutor, quo arduitas emolliatur.

61 *Timor non nisi mandatis cohibet, cor autem tantum peccato adducit, quando ab amore iustitiae non ducitur.*

Timor gehennae movens ad actum Attritionis, non solum manum, sed etiam cor removet à culpa, esto non involvat amorem Charitatis.

62 *Qui à malo non abstinere, nisi timore pavore, illud committit in corde suo, & iam est reus coram Deo.*

Qui solum timore gehennae abstinere à culpa, non est reus coram Deo, nec peccat, sed bene operatur; & talis actus est supernaturalis, ut habetur ex thesi 15. ab Alex. VIII. prescripta.

63 *Baptizatus adhuc est sub lege sicut Iudaeus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore.*

Erroneum est, quod supponitur, videlicet Iudaeos adimplendo legem ex timore pavore semper fuisse sub lege (in qua, ut habet Augustinus, peccatum dominabatur) seu semper peccasse, cum bene, ac supernaturaliter operetur, qui ex timore gehennae à culpa abstinere, & legem adimplet. Erroneum pariter à fortiori est, quod baptizatus ex eodem timore legem adimplens, sit similiter sub lege, & non sub gratia, qua adjuratur ad legem implendam.

64 *Sub maledictio legis nunquam fit bonum, quia peccator, sive faciendo malum, sive illud non nisi ob timorem evitanda.*

Quamvis sub maledictio, seu peccato legis (hoc est sub lege scripta, in qua juxta phrasim Augustini concupiscentia, & peccatum domi-

nabatur) ut plurimum homines peccarent; laudabiliter tamen operabantur, quando ob timorem gehennae & poenarum culpas declinabant: Sicut etiam quando in actibus virtutum Theologialium, ac moralium sese exercebant: Fallissimum proinde est, quod nunquam sub eo maledictio fieret bonum, & quod culpabiliter ob timorem culpa evitaretur.

65 *Moses, Propheta, Sacerdos, & Doctor legis mortui sunt, absque eo quod illum Deo dederint filium, cum non effecerint nisi mancipia per timorem.*

Moyse, & alii enumerati in hac thesi, plurimos Deo dederunt in Lege scripta filios, hoc est viros Sanctos, qui ex motivo Charitatis tanquam Dei filii operarentur, & non ex timore servili ut servili, tanquam mancipia: Siquidem Joannes, Apoc. 7. ex linguis tribus vidit duodecim militum Signatos, stantes ante thronum Dei, & Agni.

66 *Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutalibus passionibus, neque adduci per insulsum naturam, aut per timorem, sicut Bestia, sed per fidem, & per amorem, sicut filius.*

Etiam per instinctum naturalem adducimus ad Dei cognitionem, & amorem; necnon per timorem, dummodo non sit mundanus: Nec solum in hac Thesi dicuntur Angeli spectare ad Ecclesiam visibilem. Falsum denique est ad eandem spectare Electos, & Justos omnium saeculorum: Si enim nunc sint Infideles, Haeretici, aut excommunicati, ad Ecclesiam nunc non pertinent, quamvis futuri sint iusti.

67 *Timor servilis non sibi representat Deum, nisi ut dominum datum, imperiosum, iniustum, intrasabilem.*

Timor servilis, qui supernaturalis est, Deum representat ut est in se, videlicet ut misericordem simul, & iustum; quippe qui de suo misericors est, & benignus, de nostro vero iustus. Timor hic à Sanctis Patribus dicitur esse Oligium Charitatis, quia per illum patet nobis actus ad Dei dilectionem.

68 *Dei Bonitas abbreviavit viam salutis claudendo totum in Fide, & precibus.*

Sola fides sine operibus, & aliis virtutibus non sufficit ad salutem: Fides quippe sine operibus mortua est, Jacobi 2.

69 *Fides, usus, augmentum, & premium Fidei, totum est donum pavore liberalitatis Dei.*

Erronee in hac thesi excidit noster cooperatio in fide libere amplexenda, necnon in eius usu, augmento, ac premio: Sicut enim libere, ac meritorie Deo credimus, ita libere utimur habitu infuso fidei, excrendo actus, quibus mereamur fidei augmentum, ac premium.

70 *Nunquam Deus affligit innocentes, & afflictiones semper servuntur, vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem.*

Noa

Nonne innumeri iusti, & culpe cuiusvis imunes, à Deo in hac vita affliguntur ob altos fines sive Providentiae, praesertim ut tolerantia poenarum ad spirituales profectum, & ad aeternae gloriae incrementum conferat? Beatissima Virgo Regina fuit Martyrum, & profus immaculata.

71 *Homo ob sui conservacionem potest sese dispensare ab ea lege, quam Deus condidit propter eius utilitatem.*

Immensum otium laxitati aperiretur, si quilibet posset secummet dispensare à legibus in propriam hominum utilitatem à Deo conditis. Potuisset Susanna citra culpam in adulterium cum Senioribus consentire; licet posset quis pejerare, & fidem abnegare, ad declinandum mortem à Tyranno intentatam, & sic de aliis legibus.

72 *Nota Ecclesiae Christianae est, quod sit Catholica, comprehendens & omnes Angelos Caeli, & omnes Electos, & iustos terrae, & omnium saeculorum.*

Vult Quesnellus juxta haereticum Calvinianum, in hac, & aliis proximae sequentibus Thesibus excludere ab Ecclesia visibili Catholica peccatores, ut eximat se, suosque Aeternas à Praetorium, ac Pontificum jurisdictione, si forte in peccatum aliquod isti inciderint. Falso etiam in hac Thesi dicuntur Angeli spectare ad Ecclesiam visibilem. Falsum denique est ad eandem spectare Electos, & Justos omnium saeculorum: Si enim nunc sint Infideles, Haeretici, aut excommunicati, ad Ecclesiam nunc non pertinent, quamvis futuri sint iusti.

73 *Quid est Ecclesia, nisi coetus Filiorum Dei manentium in eius sinu, adoptatorum in Christo, subsistentium in eius persona, redemptorum eius sanguine, orientium eius spiritu, agentium per eius gratiam, & expectantium gratiam futuri saeculi?*

Etiam peccatores, ac reprobi, si sint baptismo insigniti, ad Ecclesiam constitutam spectant. Et sunt legitimi Pastores, etiam qui forte in culpam inciderint, aut sint reprobi. Aliiter incerta esset Pastorum jurisdictione; cum incertum sit, num sint electi, an reprobi. Falsum pariter est, quod adoptati subsistant in persona Christi Domini.

74 *Ecclesia, sive integer Christus, Incarnatum Verbum habet ut Caput, omnes vero Sanctus ut membra.*

Ecclesia est Coetus hominum veram fidem professentium, ac utentium Sacramentis à Christo Domino institutis sub regimine Praetorium, ac praesertim Pontificis Christi in terra Vicarii.

Propterea Ecclesia non est integer Christus; hic enim est solum Ecclesiae caput, & Examem Ecclesiae.

insultator, qui subest regimini sui Vicarii, nec fit Sacramentorum susceptor. Quod si solum Sancti, upote Christi membra, Ecclesiam constituerent, Pastores, qui facile à malignis notari possent, quod culpam aliquam partraint, jurisdictione carerent.

75 *Ecclesia est unus solus homo, compositus ex pluribus membris, quorum Christus est Caput, vita, substantia, & persona; unus solus Christus, compositus ex pluribus Sanctis, quorum est Sancti fideus.*

Ecclesia non est unus solus homo compositus ex Sanctis, sed conficitur etiam à peccatoribus: Nec Christus est Sanctiorum substantia, ac persona.

76 *Nihil spatiosius Ecclesia Dei, quis omnes Electi & Iusti omnium saeculorum illam componunt.*

Electi, qui erant iusti, si nunc sint Infideles, vel excommunicati à Apostata, aut Cathecumene, nunc ad Ecclesiam constitutam non spectant, ad hanc vero spectant etiam peccatores, reprobi si sint actu fideles.

77 *Qui non ducit vitam dignam Filio Dei, & membris Christi, cessat invenire Deum pro Patre, & Christum pro Capite.*

Qui non ducit vitam dignam Filio Dei, desinit quidem habere gratiam, seu Filiationem Dei adoptivam, ac desinit habere Christum pro Capite, in quantum hic insuit in membra viva, sicut vitis in palmitis: Sed non desinit habere Deum pro Patre, in quantum retinet ejus doctrinam, ac fidem; nec desinit Christianum pro capite quoad influxum auxiliorum, ut per gratiam vivificetur. Propterea etiam peccatores fideles Ecclesiam militantem continent, cum non sint membra absclita, ut sunt excommunicati.

78 *Separatur quis à Populo Electo, cujus figura fuit Populus Iudaeus, & Caput est Jesus Christus, tam non vivendo secundum Evangelium, & quam non credendo Evangelio.*

Separatur quidem à populo electo, nempe ab Ecclesia, qui non credit Evangelio, seu Infideles, non tamen qui non vivunt secundum Evangelium, seu peccatores, si veram fidem professantur, ac utantur Sacramentis à Christo Domino institutis sub Praetorium regimine, ac praesertim Vicarii Christi Domini. Ecclesia enim insit in fidei agnitione in mare bonos simul & malos pisces accipit, ut habetur in Evangelio.

79 *Utile, & necessarium est omni tempore, omni loco, & omni personarum generi fudere, & cognoscere spirituum, pietatem, & Mysteria Sacrae Scripturae.*

Antiquae hereses in hac, & proxime sequentibus Thesibus à Quisnello excutuntur. Si

V u

cul-

civis personarum generi necesse esset studere
eius tempore & loco Bibliis Sacris, maxima
fidelium pars esset in statu damnationis: Et
Ecclesia erraret, vetando, ne omnibus indi-
ferminatim lectio Sacrarum Scripturarum
vulgari lingua permittatur, si talis lectio
omnibus esset utilis, ac necessaria.

80 *Lectio Sacra Scriptura est pro omnibus.*

Explicatio Sacrarum Scripturarum, quae fit
singulis festis per Parochos, & concionatores,
prout praecipit Tridentinum, est profecto pro
omnibus; non tamen eandem lectio, cum
ea non sit ad captum omnium.

81 *Obsecrati sancti verbi Dei non est Laicis
ratio dispensandi se ipsos ab eius lectione.*

Obsecrati sancta verbi Dei est in causa,
cur non omnibus laicis, etiam idiotis, ac fo-
eminis, talis lectio permittatur; ne in foveam
aberrando incidant, si non faciem praeferat
doctus interpres.

82 *Dies Dominicus à Christianis debet san-
ctificari lectionibus pietatis, & super omnia San-
ctuarum Scripturarum. Damnosum est velle Chri-
stianum ab hac lectione retrahere.*

Dies Dominicus sanctificari quidem debet
operibus pietatis, non tamen ab omnibus lectio-
ne Sacrarum Scripturarum: Idiotis quippe, ac
fœminis explanatio myseriorum fidei per Pa-
rochos, & Concionatores facienda est. Nec est
damnosum, sed utile istos ab ea lectione retrahere,
& ad audiendos Parochos, ac Concionatores
mittere, quoties legendo Scripturas ob-
ingeniti tarditatem errores potius haurire pos-
sunt, quam Catholicas veritates.

83 *Est illusio sibi persuadere, quod notitia My-
steriorum Religiosi non debeat communicari fœ-
minis, lectione factorum librorum. Non ex fœ-
minarum simplicitate, sed ex superbia virorum
scientia, ortus est Scripturarum abusus, & nata
sunt haereses.*

Communicanda profecto sunt fœminis my-
steria fidei; ac non lectiones Bibliorum, quae il-
larum captum sperant. Sicut ex superba viro-
rum scientia, ita etiam ex fœminarum simpli-
citate saepe haereses ortae sunt (ut advertit Div.
Hieronymus) & Scripturarum abusus.

84 *Abripere à Christianorum manibus novam
Testamentum, seu eis illud clausum tenere, au-
ferendo est modum illud intelligendi, est illis
Christi os obturare.*

Tunc os Christi veluti obturaretur abripien-
do ab idiotarum manibus novum testamen-
tum, quoties descent in Ecclesia Ministri
Christi Dom. qui ad illorum captum se ac-
commodarent, explicando mysteria novi tes-
tamenti.

85 *Interdicere Christianis lectionem Sacrae Scri-*

*pturae, praesertim Evangelii, est interdicere usum
luminis filius lucis, & facere ut patiantur spe-
ciem quandam excommunicationis.*

Interdicere indoctis lectionem Scriptura-
rum, à qua obtinebrari potius possent, quam
illustrari, non est interdicere ulum luminis
filii lucis; sed est velle, ut in sacra obsecrante
Verbi Dei adeant Parochos, & Concionatores,
qui faciem praeferat, ne in foveam errorum
cadant. Hinc Christus Dom. voluit per vocem
Apostolorum doceri omnes Gentes. Er Eunu-
chus (Actuum &c.) Regine Beronipum Philipo-
pulo dicente, *Petrusne intelligis, quae legis?* ap-
te respondit: *Quomodo possum, nisi aliquis osten-
derit mihi?*

86 *Eripere simpliciter populo hoc solatium,
iungendi vocem suam voci totius Ecclesiae, est
usus contrarius praxi Apostolicae, & intentioni
Dei.*

Vetare, ne vernacula lingua publice divina
officia legantur, & canantur, consonat praxi
Apostolorum, ac intentioni Dei. Erenim Apo-
stoli annuntiaverunt quidem Evangelium linguis
eorum Gentium, quibus praedicabant, sed non
scripserunt illud eorum linguis; cum solam
Hebraicam, & Graecam scripserint; & juxta non-
nullos D. Marcus Evangelium scriptis Latine.
Nec aliter oportebat divina oracula scribi, ac
divina officia peragi, quam lingua aliqua com-
munissima, ne passim errores subreperent.

87 *Modus plenus sapientia, lumine, & Chari-
tate, est dare animabus tempus postandis cum
humilitate, & sentiendis statum peccati, petendi
spiritum penitentiae, & contritionis, & incipien-
di, ad minus, satisfacere iustitiae Dei, antequam
reconcilietur.*

Errat, & vehementer errat Confessorius, si
velit penitentibus dare tempus sentiendi statum
peccati. Debet illos statim ad contritionem,
ac ad reconciliationem cum Deo excitare,
& absolutionem Sacramentalem rite dispo-
situm juxta praxim Ecclesiae impertiri. Tunc
solum illam differre debet, quando Medi-
cus existimat id expedire; quod non saepe
contingit: unde universim non debent peni-
tentes saltem incipere satisfactionem, antequam
absolvantur.

88 *Ignoramus quid sit peccatum, & vera peni-
tensia, quando volumus statim resitui posses-
sioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoli-
avit, & detrahimus separationis istius servae
confessionem.*

Ex notitia gravitatis offensae divinae, ac ve-
re penitentiae, provenit, quod peccator velit
illico ad Dei misericordiam confugere, & in
possessionem bonorum amissionum resitui;
non detrahendo tamen confessionem, quod
tam

tam bonum Dominum, & tam benignum Pa-
trem offendit.

89 *Quartus decimus gradus conversionis pec-
catoris est, quod, cum sit amreconciliatus, ha-
beret usi suffragii Sacrificio Ecclesiae.*

Errat, supponendo peccatorem quemcumque
ante reconciliationem non posse (atque adeo
non debere diebus festis) sacrificio assistere ad
exhibendum Deo exteriorum cultum, & ad
implorandum fructum sacrificii, ut possit su-
perius auctibus adjunctus contenti, & culpam
fortibus emundari.

90 *Ecclesia auctoritatem excommunicandi ha-
bet, ut eam exerceat per primos Pastores de con-
sensu, saltem praesumptio, totius Corporis.*

Si ad excommunicationem ferendam requi-
reretur consensus, saltem praesumptus, totius
Ecclesiae, atque adeo etiam laicorum, innumera
sequebantur absurda. Ex Trid. sess. 22. c. 3. in
unius Episcopi arbitrio & conscientia id pos-
tum est. Multo magis à veritate abhorret quod
auctoritas excommunicandi ab Ecclesia, atque
adeo etiam à Laicis, per primos Pastores exer-
ceatur.

91 *Excommunicationis iniuste metu nunquam
debet usi impedire ab implendo debito nostro:
Nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando bo-
norum nequitia, videmus ab ea impulsus, quan-
do, & esse Christo, atque ipsi Ecclesiae per Chari-
tatem affisi sumus.*

Id vero est de excommunicatione eviden-
ter iniusta, non vero de illa, quam superior
censet esse justam, & subditus contumaciter
praesumit iniustam. Si tamen excommunica-
tio fit subdito dumtaxat evidenter iniusta,
non tamen omnibus, adhuc servanda est ad
scandalum vitandum. Quod si solum proba-
biliter à subdito putetur esse iniusta, absolu-
te servanda est, ita ut iudicium superioris
iudicio subditi praevalcat.

92 *Pati potius in pace excommunicationem, &
anathema iniustum, quam prodere veritatem,
est imitatio Sanctum Paulum: tantum abest, ut
sit erigere se contra auctoritatem, aut scindere
unitatem.*

Contra auctoritatem Ecclesiae se erigit, &
unitatem scindit, qui vult potius pati excom-
municationem, quae à Praelato creditur ius-
ta, & à subdito dicitur esse iniusta, quam
praecipit Praelatorum obtemperare. Hinc non
dicitur prodere veritatem, sed captivare in-
tellectum in obsequium fidei, qui damnat ut
erroneas theses à Pontifice ex cathedra dam-
natas, esse pro hallucinationem ipse falsitatem
non deprehendat.

93 *Jesus quandoque sanas vulnera, quae praec-
eps Primorum Pastorum seclatatio infligit, sine*

*ipso mandato: Jesus restituit, quod ipsi incon-
siderato zelo rescindunt.*

Christus Dom. non sanat vulnera à Pastori-
bus inflicta, quando ipsi per excommunicationem
separant ab Ecclesia refractarios; quamvis
aliquando excommunicatio ex odio, & incon-
siderato zelo feratur, dummodo feratur ratio-
nabiliter & iuris ordine servato. Hinc D. Gre-
gorius, *Sententia Pastoris, inquit, sive iusta,
sive iniusta, rimanda est.*

94 *Nihil peiores de Ecclesia opinionem ingerit
eius inimici, quam videre illic dominatum exer-
cere supra fidem fidelium, & foveri divites
propter res, quae nec fidem ledunt, nec mores.*

Nonnulli delirando Ecclesia Christi sponsa ac
dilecta dici potest, quod cum fausto exerceat
dominatum supra fidem fidelium, & foveat di-
visiones propter res, quae ad fidem, aut mores
non spectant: Quasi vero ad fidem, ac mores
damnare Janfenianas Theses, ac praecri-
bire modum, quod debeat curari.

95 *Veritates esse deventuras, ut sine lingua
quasi peregrina plerisque Christianis, & modis
eas praedicandis est veluti idioma incognitum:
adeo remotus est à simplicitate Apostolorum, &
supra commune captum fidelium: neque satis
adveritur, quod hic defectus sit unum ex signis
maxime sensibilibus senectutis Ecclesiae, & ira
Dei in filios suos.*

Delirium pariter est, quod Ecclesia, quam
Christus Dom. fundavit, senescere aliquando
possit; quodque Catholice veritates sint ple-
nissime lingua peregrina, & modus eas praedican-
di sit idioma incognitum, sique remotus à sim-
plicitate Apostolorum, & supra captum fide-
lium. Possunt quidem tamen in Ecclesia
in hoc deficere, non tamen ipsa Ecclesia.

96 *Deus permittit, ut omnes Praefatae suos
contrariae Praedicatoribus veritatis, ut eius victori-
ae attribui non possit, nisi divinae gratiae.*

Si nomine Praedicatorum veritatis intelligat
Quesnellus Janfenianos, commentitium est
quod sint veritatis Praedicatorum, dum predi-
cant theses ab Ecclesia damnatas; & Deus non
permittit, sed vult, Potestates omnes esse illis
contrarias. Sin intelligat Concionatores Evan-
gelicos, & Pastores, commentitium est, quod
Potestates omnes sint illis contrariae; cum non
possit Ecclesia deficere.

97 *Nimis saepe contingit membra illa, quae magis
sancte, ac magis stricte unita Ecclesiae sunt, de-
spici, atque tractari tanquam indigna, ut sint ira
Ecclesiae, vel tanquam ea separata, sed iustis
viris ex fide, & non ex opinione bonum.*

Si nomine illorum membrorum veniant Jan-
feniani, qui sunt Ecclesiae rebelles, quomodo
dici potest, quod sint sanctae, ac strictae unitae Ec-
clesiae,

clisæ, cum sint membra per excommunicationem abscissa? Sin veniant iusti & Martyres, quomodo dici potest, quod nimis sæpe tam indigne ab Ecclesia tractentur? Nonne Ecclesia ipsa sic tractando istos erraret?

98 *Status perfectionis, & panarum, quas quis tolerat, tanquam Hereticus, flagitiosus, & impius, ultima plerumque probatio est, & maxime meritoria, utpote que facit hominem magis conformem Jesu Christo.*

Nec potest Ecclesia ququam habere ut hereticum, si non sit talis, nec est meritum velle hanc calumniam pati.

99 *Pervicacia, præventio, obstinatio in nolo, aut aliquid examinare, aut agnoscere se fuisse deceptum, mutant quotidie quoad multos in odorem mortis id, quod Deus in sua Ecclesia posuit, ut in ea esset odor vite, v. g. bonos libros, instructiones, sancta exempla, &c.*

Porta inferi adversus Ecclesiam prævaleret, si talis pervicacia, nec non præventio, & obstinatio posset in illam cadere, ac mutare in odorem mortis, quæ Deus posuit in odorem vite, videlicet damnando hæreses Janseñianas, quæ certe non sunt in odorem vitæ, sed Mephiticum tartarem exhalant.

100 *Tempus deplorabile, quo creditur honorari Deus, persequendo veritatem, ejusque discipulus. Tempus hoc advenit. . . . Haberi, & tractari à Religionis Ministris, tanquam impiis, & indignum omni commercio cum Deo, tanquam membrum putridum, capax corrumpendi omnia in societate Sanctorum, est hominibus piti morte corporis mors terribilior. Frustra*

quis sibi blanditur de suorum intentionum paritate, & zelo quodam Religionis, persequendo hæresim, ferroque vires probos, si propria passione est extectus, aut abreptus aliena, propterea quod nihil vult examinare. Frequenter credimus sacrificare Deo impiis, & sacrificamus Diabolo Dei Serum.

Fieri ne potest, quod Ecclesia Dei veritatem persequatur, & quod à Religionis Ministris viri probi tanquam membra putrida habeantur? Pariter potest inferi adversus Ecclesiam prævaleret, si Pontifex ex Cathedra loquens adversus Janseñianos propria passione obæccatus, aut aliena abreptus nihil vellet examinare, antequam Theles damnat tanquam erroneas, velletque earum Auclorem tanquam impium per errorem habere, ac anathematizare.

101 *Nihil spiritui Dei, & doctrinae Jesu Christi magis opponitur, quam communia facere præcepta in Ecclesia, quia hoc est multiplicare occasiones peccandi, laqueos tendere infirmis, & illis, & efflicere, ut nomen, & veritas Dei aliquando deserviant consilio impijorum.* Juramenta, quæ ab Ecclesia exiguntur, dum Janseñiani præscripto formulæ subscribunt, neque Spiritui Dei, neque doctrinae Christi Dom. adversantur; Juramentum quippe est actus religionis, ubi suos habet comites, Veritatem, Judicium, & Justitiam; ac passim ab Ecclesia in rebus gravioribus exigitur: Ex Augultrino autem Epist. 118. Contra id, quod universalis Ecclesia facit, disputare, insensibilissima infamia est.

UT autem illico percurrì possint, tum quas paucis exposuimus, Quesnellanæ Theses, tum etiam aliæ ab Alex. VII. ab Innoc. XI. ab Alex. VIII. proscriptæ, & sic memoria retineri, ac in dubiis passim occurrentibus fratim reperiri, subjiciuntur, hic earum Indiculi. Primus latè conice recenset Theses Quesnellanæ: Secundus, Tertius, & Quartus quæ à laudatis Pontificibus nigrum theta præfixum habuerunt.

INDICULUS I. THESIUM QUESNELLIANARUM.

- 1 De peccatore post gratiam amissam.
- 2 De gratiæ necessitate ad omne opus bonum.
- 3 In vanum à Deo præcipi, quod ipse non dat.

- 4 Fieri non posse, quod Deus non operatur in nobis.
- 5 Gratia exterioris sine interiori odurant.
- 6 De discrimine inter Fœdus Judaicum, & Christianum.

7 Deus

7 Deus in novo federe donat, quod petis; secus in veteri.

8 Gratia novi fœderis operatur, quod Deus præcipi.

9 Ubi addit gratia, nunquam Christum abnegamus.

10 Effectus gratiæ impediti, aut retardari non potest.

11 Gratia facit, quod Deus jubet.

12 Indubitabiliter salvatur, quem Deus vult salvare.

13 Interiori gratiæ voluntas nunquam resistit.

14 Cedat oportet, quicumque gratia illustratur.

15 Gratia operatur quocumque Deus præcipit.

16 Gratia illecebris nemo est qui resistat.

17 Nullatenus est doctus à Patre, qui non venit ad Christum.

18 Divinum semen semper affert fructum suum.

19 Gratia est omnipotens Dei voluntas.

20 De vera Idea Gratia.

21 Gratia operatio imitatur operationem Incarnationis.

22 De concordia Gratia cum libero arbitrio.

23 Gratia operationem exprimit Creatio.

24 Sicut sanantur corpora, ita Gratia sanat animas.

25 Animam Deus sanat sola sua voluntate.

26 Nulla datur Gratia, nisi per Fidem.

27 Fides est prima omnium gratiarum.

28 Prima peccatoris Gratia est peccatorum remissio.

29 Nulla datur Gratia extra Ecclesiam.

30 Infalibiliter salvantur, quos Deus vult salvare.

31 Christi desideria fortiuntur semper effectum suum.

32 Christus se morti tradidit propter Electos.

33 Omnia renuncianda sunt, ut Christum nobis appropriemus.

34 Gratia Adami producebat solum merita humana.

35 Dedita erat natura Gratia Adami.

36 Gratia Adamicæ, & Christiana, essentialiter differunt.

37 Gratia Christiana est omnipotens non Gratia Adami.

38 Peccator sine Gratia est solum liber ad malum.

39 Sine Gratia voluntas est incapax ad omne bonum.

40 Quicquid amatur sine Gratia, damnabiliter amatur.

Examen Ecclesiæ.

41 Dei cognitio sine Gratia pravos affectus producit.

42 Baptismalis Gratia reddit nos peccato mortuos.

44 Inter Charitatem, & Cupiditatem, nihil mediat.

45 Regnat carnalis cupiditas, ubi non regnat Dei amor.

46 Usus scilicet sit bonus, vel malus, à Charitate, aut à Cupiditate.

47 Obsequentia, si non proficiat ab amore Dei, est hypocritalis.

48 Sine Charitate non nisi aberratio, & peccatum.

49 Nullum est opus bonum sine amore Dei.

50 Fultra est Dei invocatio, quæ non fit à Charitate.

51 Fidei operatio justificat, & unice habetur per Charitatem.

52 Fides non est abique amore, & fiducia.

53 Christianæ operationes unice habentur à Charitate.

54 Sola Charitas Deo loquitur, & ab eo auditur.

55 Deus Charitatem duntaxat coronat.

56 Sola Charitas Deum honorat, & ab eo remuneratur.

57 Totum deest, ubi spes deest; nec datur spes sine amore Dei.

58 Ubi non est Charitas, nec est Religio.

59 Oratio peccatoris est novum peccatum.

60 Penitentia orta ex solo metu dicitur ad desperationem.

61 Timor sine amore justitiæ manum cohibet, non cor à culpa.

62 Peccat, qui à malo non ablinet, nisi timore pœnæ.

63 Qui legem adimplet ex solo timore, sub lege est, sicut Judæus.

64 Sub maledicto legis peccat, etiam qui eb timorem peccatum evitat.

65 Moyses, Propheta, ac ejus legis Doctoris non nisi mancipia per timorem effecerunt.

66 Non appropriamus Deo per timorem, ut bestia; sed per amorem, ut filii.

67 Timor servilis Deum repræsentat ut imperiosum, ac injustum.

68 Clauduntur omnia in fide, & precibus.

69 Fides, ejusque usus, ac præmium est donum puræ libertatis Dei.

70 Deus nunquam affligit innocentes.

71 Ob sui conservationem dispensat se homo à lege condita in sui utilitatem.

72 De Ecclesiæ Christianæ notis.

73 Quid sit Ecclesiæ.

V u 3 74 H-

- 74 Habet Ecclesia Christum ut caput, omnes Sanctos ut membra.
 75 Ecclesia est ipse Christus compositus ex pluribus Sanctis, quos sanctificat.
 76 Comprehendit Ecclesia omnes Electos, & Iustos.
 77 Peccator non habet Deum pro Patre, & pro capite Christum.
 78 Peccator, non secus ac Infidelis, à populo Electo separatur.
 79 Sacra Scripturæ studium utile, ac necessarium est culibet.
 80 Lectio Sacra Scripturæ est pro omnibus.
 81 Obscuritas Divini Verbi, ab ejus lectione non excusat.
 82 Des festus hac lectione sanctificandus. Damnosum est eam impedire.
 83 Eriam à feminis Sac. Biblia est evolvenda.
 84 Claudere Christianis novum Testamentum, est illis os Christi obturare.
 85 Vetare hanc lectionem est vetare usum luminis filii lucis.
 86 Vox populi iungenda voci Ecclesie, si primum Apostolicam sequi velimus.
 87 Sapientia, & Charitas possulant, ut ad tempus portetur status peccati.
 88 Ex ignorantia peccati provenit, quod velimus statim illud excutere.

INDICULUS II.

THESIUM CONFIXARUM

AB ALEXANDRO VII.

- | | |
|--|--|
| 1 De actibus Theologalibus iterandis. | 20 De restitutione fructuum Beneficij. |
| 2 De provocato ad duellum. | 21 De Horis per alium recitatis. |
| 3 De calibus Bullæ Cœnæ. | 22 De Pecunia pro Beneficij collata. |
| 4 De Prelatis Regularibus. | 23 De fractione jejunii citra contemptum. |
| 5 De Hæretico denunciando. | 24 De peccatis luxuriæ specie diversis. |
| 6 De solitante per charitatem. | 25 De copula cum soluta. |
| 7 De modo declinandi Denunciationem. | 26 De Iudice vendente arbitria. |
| 8 De fructu Missæ specialissimo. | 27 De Probabilitate ex uno auctore. |
| 9 De pingui stipendio Missæ. | 28 De Populo legum non acceptante. |
| 10 De multiplici Missæ stipendio. | 29 De peccatis comestionculis. |
| 11 De peccatis oblitis. | 30, & 31 De jejuniis quoad Opifices, & Itinerantes. |
| 12 De calibus Episcopo reservatis. | 32 De Ovis in Quadragesima. |
| 13 De Regulari injuste reprobrato. | 33 De Restitutione ob omissionem Horarum. |
| 14 De confessione invalida. | 34 De Officio Paschæ die Palmarum. |
| 15 De Pœnitentia per alium impleta. | 35 De unico Officio pro duplici die. |
| 16 De Confessario Curati. | 36, & 37 De Regularium Privilegiis, ac Indulgentiis. |
| 17, & 18 De occisione Calumniatoris, &c. | 38 De obligatione confitendi quamprimum. |
| 19 De occisione Adulteræ. | |

- 39 De particula illa *Quamprimum*.
 40 De Oculis ob delectationem carnalem.
 41 De Concubina ejicienda.

- 42 De lucro ob dilationem mutui.
 43 De annuo legato pro anima.
 44 De Censurarum cessatione.
 45 De Libris vetitis.

INDICULUS III.

THESIUM CONFIXARUM

AB INNOCENTIO XI.

- | | |
|--|--|
| 1 De Probabilitate in Sacramentis. | 34 De procurante Abortum. |
| 2 De Probabilitate in Iudice. | 35 De Fœtus animatione. |
| 3 De tenui Probabilitate. | 36 De Furto in gravi necessitate. |
| 4 De Probabilitate in Infidelibus. | 37 De occulta compensatione Famulorum. |
| 5 De Dei dilectione semel in vita. | 38 De restitutione ob turpula. |
| 6 De eadem singulis quinquennis. | 39 De inducente ad damnicium. |
| 7 De Præcepto charitatis solum obligante, dum tenemur iustificari. | 40 De Contractu Mohatra. |
| 8 De comedente ad satiætatem. | 41 De lucro ob pecuniam numeratam pro num-randa. |
| 9 De opere conjugii ob voluptatem. | 42 De Pacto ex gratitudine in mutuo. |
| 10 De dilectione proximi per actus internos. | 43, & 44 De imponente falsum crimen. |
| 11 De eadem per factus actus externos. | 45, & 46 De Simonia. |
| 12 De Eleemolynæ ex superfluis. | 47 De dignioribus ad Beneficia eligendis. |
| 13 De cupiente mortem proximi. | 48 De Fornicatione intrinsece mala. |
| 14 De cupiente mortem Patris. | 49 De Mollitie jure naturæ interdicta. |
| 15 De gaudio ex Patricidio in ebrietate. | 50 De Adulterio cum Mariti consensu. |
| 16 De præcepto specialis Fidei. | 51 De famulis cooperantibus ad turpia. |
| 17 De actu Fidei semel in vita. | 52 De Præcepto servandi Festa. |
| 18 De publica confessione Fidei. | 53 De pluribus Missæ partibus simul. |
| 19 De voluntate reddente fidem firmiorem. | 54 De majori parte Horarum. |
| 20 De Fidei repudio. | 55 De Communionem sacrilegæ. |
| 21 De assensu Fidei formidoloso. | 56 De frequentia Confessionis, & Communionis. |
| 22 De Fidei Dei remuneratoris. | 57 De Attritione naturali. |
| 23 De Fidei late dicta. | 58 De sitenda consuetudine peccati. |
| 24 De Perjurio in re levi. | 59 De Confessione dimidiata. |
| 25 De Juramento sine animo jurandi. | 60 De Consuetudinario. |
| 26 De restrictione mentali. | 61 De quærente proximum occasionem peccandi. |
| 27 De causa utendi amphibologiis. | 62 De illam non fugiente. |
| 28 De simulatione ob crimen occultum. | 63 De quærente illam ob bonum spirituale. |
| 29 De simulatione ob metum in Sacramentis. | 64 De ignorantia culpabili mysteriorum fidei. |
| 30 De occisione Calumniatoris. | 65 De insidem non semel tantum in vita cre- |
| 31 De occisione Furis. | dendis. |
| 32, & 33 De defensione occisiva. | |

I N D I C U L U S IV.

THESIUM CONFIXARUM

AB ALEXANDRO VIII.

Prior ex duabus prius proscriptis, de pro-
prio Deum amandi.

Altera De peccato Philosophico.

Prima ex una, & triginta deinde proscriptis,

1. De libertate in causa.
2. De ignorantia juris naturæ.
3. De opinione probabilissima.
- 4 & 5. De Christo pro solis Fidelibus mortuo.
6. De Gratia sufficienti perniciosa.
7. De Humana actione deliberata.
8. De Infidelis peccante in quovis opere.
9. De odio peccati ob ejus turpitudinem.
10. De operante propter Cælestem Gloriam.
11. De Operibus, que non sunt ex Fide.
12. De Fide absque Dei dilectione.
13. De interviene Deo ob beatitudinem.
14. De timore gehenna.

15. De Attritione sine dilectione Dei.
- 16 & 17. De Absolutione ante Satisfactionem.
18. De moderna praxi in Sacramento Penitentiarum.
19. De Penitentia pro Peccato Originali.
20. & 21. De Confessionibus apud Regulares.
22. De Communionem ante Penitentiam expletam.
23. De Amore purissimo ante Communionem.
24. De oblatione B. V. in Templo.
25. De Simulacro Dei Patris sedentis.
26. De laude Mariæ ut Maris.
27. De forma Baptismi.
28. De intentione requilita in Baptizante.
29. De Pontificis Auctoritate, & Infallibilitate.
30. De Doctrina D. Augustini.
31. De Bulla Urbani VIII. in Eminentiss.

SS. D. N. D. INNOCENTII

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XII

Damnatio, & prohibitio Libri Parisiis Anno MDCXCVII.
impressi, cui titulus:

Explication des Maximes des Saints sur la vie interieure, &c.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM alias ad Apostolatus Nostri notitiam pervenerit in lucem prodidisse librum quendam Gallico idiomate editum, cui titulus: *Explication des Maximes des Saints sur la Vie interieure, par Missive Francois de Salignac, Fenelec, Archevesque Duc de Cambry, Precepteur de Messieurs les Ducs de Bourgogne, de Anjou, & Berry. A Paris chez Pierre Aubouin, Pierre Emery, Carrels Cloister 1697.* Ingens vero insubinde de non sana libri hujusmodi doctrina excitatus in Gallis rumor adeo percrebuerit, ut opportunam Pastoralis vigilantia nostræ opem essigavit; Nos eundem librum nonnullis ex Venerabilibus Fratibus Nostri S. R. E. Cardinalibus, aliisque in

Sac. Theologia Magistris, mature, ut rei gravitas postulare videbatur, examinandum consensimus. Porro hi mandatis nostris obsequentes, postquam in quamplurimis Congregationibus varias propositiones ex eodem libro excerptas diuturno accurate examine discussulerant, quid super earum singulis sibi videretur, tam voce, quam scripto, nobis exposuerunt. Auditis igitur in pluribus itidem eorum Nobis desuper actis Congregationibus memoratorum Cardinalium, & in Sacra Theologia Magistrorum sententias, Dominici Gregis Nobis ab Eterno Pastore crediti periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia,

& ma-

& matura deliberatione Nostri, deque Apostolica potestatis plenitudine, librum prædictum ubicunque, & quocunque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione hucusque impressum, aut in posterum imprimendum, quippe ex cujus lectione & usu fideles sensim in errores ab Ecclesia Catholica jam damnatos induci possent, ac insuper tanquam continentem propositiones live in obvio earum verborum sensu, sive attentæ sententiarum connectione, temerarias, scandalosas, male sonantes, ac etiam erroneas respective, tenore præsentium damnavimus, & reprobamus, ipsiusque libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus etiam specificæ, & individua mentione, & expressione dignis, sub pena excommunicationis pro contrafacientes ipso facto, absque alia declaratione incurrendam, interdicimus, & prohibemus. Volentes, & Apostolica auctoritate mandantes, ut quocunque prædictum librum penes se haberint, illum statim atque præsentis litterarum innoverint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, ac consignare omnino teneantur: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Ceterum Propositiones in dicto libro contentæ, quas Apostolice centuræ judicii sicut contentæ, confingendas duximus, & Gallico idiomate in latinum versæ, sunt tenoris, qui sequitur, videlicet:

I. Datur habitualis status amoris Dei, qui est Charitas pura, & sine ulla mixtione motivi proprii interesse. Neque timor peccatorum, neque desiderium remunerationum habent amplius in eo partem. Non amat amplius Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in eo amando inveniendam.

II. In statu vitæ contemplativæ, seu unitivæ, amittitur omnem motivum intercessatum timoris, & spei.

III. Id quod est essentialiter in directione animæ, est non aliud facere, quam sequi pedetentim gratiam cum infusa patientia, præcautione, & subtilitate. Oportet se intra hos limites continere, ut finatur Deus agere, & nunquam ad propriam amentem incipit appetere cor huic verbo, quod adeo durum est animabus adhuc fibinet affixis, & adeo periculis illas scandalizare, aut in perturbationem conjicere.

IV. In statu sanctæ indifferentiæ anima non habet amplius desideria voluntaria, & delibe-

rata propter suum interesse, exceptis iis occasionibus, in quibus toti suæ gratiæ fideliter non cooperatur.

V. In eodem statu sanctæ indifferentiæ nihil nobis, omnia Deo volumus. Nihil volumus, ut simus perfecti, & beati propter interesse proprium, sed omnem perfectionem, ac beatitudinem volumus, in quantum Deo placet efficiere, ut velimus res illas impressione suæ gratiæ.

VI. In hoc sanctæ indifferentiæ statu nolumus amplius salutem, ut salutem propriam, ut liberationem æternam, ut mercedem nostrorum meritorum, ut nostrum interesse omnium maximum, sed eam volumus voluntate plena, ut gloriam, & beneplacitum Dei, ut rem, quam ipse vult, quam nos vult velle propter ipsum.

VII. Derelictio non est nisi abnegatio, seu sui ipsius renunciatio, quam Jesus Christus à nobis in Evangelio requirit, postquam externa omnia reliquerimus. Ista nostri ipsorum abnegatio non est, nisi quoad interesse proprium. Extremæ probationes, in quibus hæc abnegatio, seu sui ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes, in quibus Deus amulor vult purgare amorem, nullum ei ostendens periculum, neque ullam spem quoad futurum interesse proprium, etiam æternum.

VIII. Omnia Sacrificia, quæ fieri solent ab animabus quam maxime disinteressatis circa eorum æternam beatitudinem, sunt conditionalia. Sed hoc Sacrificium non potest esse absolutum in statu ordinario. In uno extremam probationum casu hoc Sacrificium fit aliquo modo absolutum.

IX. In extremis probationibus potest anima invincibiliter persuasum esse persuasionem reflexivam, quæ non est intimus conscientie fundus, sed jure reprobata esse à Deo.

X. Tunc anima divisa à semetipsa expirat cum Christo in Cruce dicens: Deus, Deus meus ut quid dereliquisti me? In hac involuntaria impressione desperationis consistit Sacrificium absolutum sui interesse proprii quoad æternitatem.

XI. In hoc statu anima amittit omnem spem sui proprii interesse, sed nunquam amittit in parte superiori, id est in suis actibus directis & intimis spem perfectam, quæ est desiderium disinteressatum promissionum.

XII. Director tunc potest huic animæ permittere, ut simpliciter acquiescat iactura sui proprii interesse, & iure condemnationis, quam libri Deo indicam credit.

XIII. Inferior Christi pars in Cruce non communicavit superiori suam in voluntariis perturbationibus.

XIV. In

XIV. In extremis probationibus, pro purificatione amoris fit quaedam separatio partis superioris animæ ab inferiori. In ista separatione actus partis inferioris manent ex omnino cæca, & involuntaria perturbatione; nam totum quod est voluntarium, & intellectuale, est partis superioris.

XV. Meditatio constat discursivis actibus, qui a se invicem facile distinguuntur. Ista compositio actuum discursivorum, & reflexorum, est propria exercitio amoris interfecti.

XVI. Datur status contemplationis adeo subtilis, adeoque perfectæ, ut fiat habitualis, ita ut quoties anima actu orat, sua oratio sit contemplativa, non discursiva. Tunc non amplius indiget redire ad meditationem, ejusque actus methodicos.

XVII. Animæ contemplativæ privantur intuitu distincto, sensibili, & reflexo JESU CHRISTI duobus temporibus diversis. Primo, in fervore nascente eorum contemplationis. Secundo, Anima amittit intuitum JESU CHRISTI in extremis probationibus.

XVIII. In statu passivo. Exercent omnes virtutes distinctæ, non cogitando quod sint virtutes. In quolibet momento aliud non cogitur, quam facere id, quod Deus vult, & amor zelotypus simul efficit, ne quis amplius sibi virtutem velit, nec unquam sit adeo virtute præditus, quam cum virtuti amplius affixus non est.

XIX. Potest dici in hoc sensu, quod anima passiva, & disinteressata, nec ipsam amorem vult amplius, quatenus est sua perfectio, & sua felicitas, sed solum quatenus est id, quod Deus à nobis vult.

XX. In confitendo debent animæ transformate sua peccata detestari, & condemnare se, & desiderare remissionem suorum peccatorum non ut propriam purificationem, & liberationem, sed ut rem, quam Deus vult, & vult nos velle propter suam gloriam.

XXI. Sancti Mystici excluderunt à statu animarum transformatarum, exercitationes virtutum.

XXII. Quamvis hæc doctrina (de puro amore) esset pura, & simplex perfectio Evangelica in universa traditione designata, antiqui Pastores non proponebant, passim multitudine iustorum, nisi exercitia amoris, interfecti eorum gratiæ proportionata.

XXIII. Purus amor ipse solus constituit totam vitam interiorem, & tunc evadit unicum principium, & unicum motivum omnium actuum, qui deliberati, & meritorii sunt.

Non intendimus tamen per expellam propositionum hujusmodi reprobationem alia in eodem libro contenta nullatenus approbare. Ut autem eadem præsentis litteræ omnibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam valeat allegare, volumus pariter, & auctoritate præfata decernimus, ut illæ ad vallas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cantuariæ Apostolicæ, necnon Curie generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquam ex Carceribus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquuntur; ita ut sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde efficiant ac si univocis illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent; utque ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus unic. publici subscriptis, & sigillo personæ in Eccl. Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus habetur, si forent exhibitæ, vel offensæ. Dat. Romæ apud S. M. Majorem sub annulo Piscatoris die xxi. Martii MDCXCIX. Pontificatus Nostri anno octavo.

J. F. Card. Albanus.

F. I. N. I. S.

INDEX

I N D E X

RERUM, & VERBORUM NOTABILIUM,

Que in Primo Tomo de Examine Confessorum continentur.

Lit. P., paginam; N., numerum marginalium designat.

A

Abbatissa potest imponere præcepta temporalia obligantia ad mortale, si materia sit gravis, suis monialibus: aut ad veniale, si materia sit levis, pag. 29. n. 201. & 202. Potest etiam imponere præcepta formalia, ac spiritualia, quæ in conscientia graviter, aut levis obligent, ib. n. 207. ad 212.

Abortus non licet procurari etiam ante animationem factus ad vitandam infamiam, aut occisionem, pag. 222. n. 2120. Neque ad vitandum mortem ex purpura, ib.

Pregnanti infirmæ an liceat pro tuenda vita sua procurare abortum, ibid. n. 2121. ad 2123. Procurantes abortum fortis animati, effectu secuto, quasdam penas incurrant, in num. 2125. ad 2129.

Abolutio: v. Forma Sacramenti Pœnitentiæ, Abolutio à reservatis: v. Casus reservati, Epiſcopus, Inquisitores, Abolutio à censuris: v. Censura. Abolutio sub conditione de futuro non est valida, p. 324. n. 3055. Non potest dari ad reincidentiam, ibid. A censuris vero potest, ib. n. 3056. Moribundi, p. 331. n. 3107. A venialibus, p. 344. n. 3240. In casu reſtitutionis, p. 290. n. 2732.

Abſtinentia à ſervilibus, p. 213. n. 2019. A carnibus, p. 203. n. 2348.

Acedia quid sit, p. 411. n. 3783. Quando venialis, ib.

Actus interni quando ſubdantur legi: v. Lex. Actus Religionis quinam ſint: v. Religio. Tenemur frequenter elicere actus virtutum theologiarum, & maxime quando, p. 39. n. 287.

Actus ordinari quando habeantur, pag. 409. n. 3758. Disparati, pag. 410. n. 3761. Actus conjugalis impeditur ex voto, & quando, p. 466. n. 4264. ad 4272. Ab intrinſeco mali, p. 22. n. 143. Interni, & externi, p. 27. n. 181. Humanus, pag. 406. nu. 3726. Voluntarius, ibid.

Adjunctio quid sit, p. 344. n. 2348.

Adjuratio quid, & quot modis potest fieri, p. 187. n. 1765. & 2766. Ut sit licita, quoniam conditiones requirantur, & in quoniam consistant, p. 188. n. 1767.

Admiratio distinguitur à ſcandalo, p. 44. n. 344.

Admixtio quid sit, & quando dividenda pro rata, p. 245. n. 2350.

Adoptio quid sit, p. 443. n. 4030.

Adoratio quid sit, & quotuplex, p. 37. n. 269. & 270. Licetum est votis, & alio cultu privato, non tamen publico, & ut privata personam venerari ſepulchra ſervorum Dei eximia ſanctitatis, ib. 271. & 272.

Advena: ſi non venient animo habitandi majori parte anni, non obligantur legibus & conſuetudinibus ſpecialibus loci, niſi adit ſcantalium, pag. 24. num. 163. Nec tenentur ad leges locales ſui domicii, dum tranſeunt per loca, ubi illæ non obſervantur, ibid. Lequendo autem de legibus & præceptis communibus, alio modo eſt diſtendendum, ib. n. 164. Advena poſſunt, ſed non tenentur ſe conformare Officio loci, p. 53. n. 447. An tenentur ad jejunia locorum, p. 309. n. 2903. Quantum ad præceptum communionis: v. Communio.

Advertentia defectus ipſius in peccato, p. 403. n. 3704.

Adulterium quid sit, & quomodo in confeſſione aperientium, p. 224. n. 2146. Malitia adulterii quando contrahatur, ib. n. 2147. & 2148. Pœnæ adulterii ex jure canonico quoniam ſint p. 225. n. 2150. Quando adultera non amittat dotem, ib. n. 2151.

Advocatus mortaliter peccat, & ad damna utriusque partis tenetur, ſi defendat causam iniuſte inſuſtam, p. 20. n. 122. Non ſic autem, ſi in eam causam inius, ſed vero probabilem tenetur, ſi defendat articulum juſtum cauſe iniuſte, ib. n. 124. In aliis vero caſibus quando mortaliter peccat, ibid. n. 125.

Aſſinitas orta ex copula licita le extendit uſque ad quartum gradum, eſt illicita uſque ad ſecundum, pag. 225. n. 2152. Gradus aſſinitatis probabilius eſt ſpecte diſtante à gradibus conſanguinitatis, ib. n. 2154. Non oritur ex copula ſodomitica, p. 227. n. 2180.

Altare privilegium quid sit, p. 417. n. 3814. De clauſura, quæ ſunt appoi in conceſſione ipſius, p. 418. n. 3819. ad 3823.

Alienatio rerum, & honorum Eccleſiaſticorum in quoniam ſenſu accipitur, ut prohibita, p. 89. n.